BERNARDO GIUSTINIANI

ORATIO
APUD SIXTUM IV


Padova Canozio


ROMA, JENSBERG, 1471






CITTÀ DI F
BIBLIOTECA
LANDAU F
INC.
NAZION








4.113

G 92

Cfr. BMC vol VII

Tav. LXXIII

[Lorenzo Canozio

Padova, c. 1473]

Bernardi iustiniani leonardi oratoris filii legati ueneti oratio habita apud xistum quartum pontificem maximum.

I NUNQUAM antea sanctissime et beatissime pater diuinæ prouidentiæ lumen humanis laboribus affulsit: hac profecto tempestate atque his diebus lucidissimum sydus oculis nostris apparuisti: ut in illo altissimo pontificatus solio constitutus: uniuerso christiano generi laboranti portum salutis aperires. Nam quum peccatis nostris ita poscentibus christiana respublica partim intestinis seditionibus uersaretur: partim truculentissimarum gentium gladiis ludibrio esset. Ecce uisitauit nos oriens ex alto: et uelut excitatus a somno dominus fluctuanti nauiculæ suæ imposuit gubernatorem: qui bonitate uellet: sapientia sciret: auctoritate posset: tantis influctibus tantoque rerum motu magni huius gubernaculi pondus sustinere. Venimus igitur beatissime pater oues pascuæ tuæ et gregis dominici pars aliqua non expernenda. Venimus inquam adoratum sanctissimos pedes tuos: atque adeo declaratum illustrissimi principis nostri et uniuersæ ciuitatis incredibile gaudium et lætitiam. In cuius quidem gratulationis officio non equidem ignoro: quæ facultas ingenii requiratur. Gaudium enim nostrum aperire præsertim manifestum parui loboris. Tanti uero gaudii causas uel omnes explicare uel animorum sensibus orationem adæquare non parui sane opis. Quod si fortasse ut cupimus non assequemur erit clementiæ tuæ eo benignius nobiscum agere: quo amplissima maiestas tua in causa est. Si tantis tuis meritis et expectationi



omnium satisfacere non possimus: neminē enim plusq̄ nos peniteat. Erit praeterea ut opinor huic loco nō indecorū si genus orationis sequemur christianae pietati ꝓprius q̄ gentilitati. Nā si uates illa Cumana apud poetas rem sacrā orsa conclamauit: Procul o procul este ꝓphāi quasi eorum praesentia sacrum illius coeptum cōtaiaret. Quanto magis nos christianos decet: genus electum: gentem sanctam: regale sacerdotium appellatos Apud sacrorum omnium principem coram sacratissimis pontificibꝫ ꝓ sacro denīqꝫ huius nostrae laetitiae munere uerba facturos sanctorum nostrorū inherere litteris. prophana autem omnia tam dicta q̄ exempla deuitare. Aggrediar itaqꝫ bona cum uenia tua ⁊ sicut a numine aliquo olim solebantur. Ita ego nunc non aliunde ordiar: q̄ ut eum inuocē qui te sibi delegit uerissimū certissimūqꝫ uicariū. Ipse ꝓpitius assit fidei meae ipse pietati ut dignū aliqd dicere possim hoc communi gaudio dignum pontificis dignum te. Quod maxime ut opinor assequemur si paucis aperiemus q̄ necessaria fuerit haec coelestis assumptio tua. Deinde q̄ bene merita. Postremo q̄ laeta ꝓsperaqꝫ omnia te pontificis sint speranda. Utinam autem nostri principes gloriosissime pater nimio dāno suo nō didicissēt quo duce aut pastore indigeat christiana religio: nempe eo qui ⁊ inter ouile dominicum pacem unitatemqꝫ conseruet. Et aduersus barbaras nationes christianum sanguinem sitientes commissum sibi populum tueaᷣ. Unde enim tot non dico ciuitatum: sed prouintiarum: nec prouinciarum tantum: sed regnorum etiam imperiorumque iactura. Imminuti. n. sumus super omnes gentes: quaeri

olim solebant patres nostri ammissas esse syriã phoenicẽ ægyptum spoliatos asia: eiectos africa & mauritania: in hispaniã deinceps maumetum ausum transmittere. Et in boetica nobilissima hispaniæ prouintia: hoc est in mediis christiani populi uisceribus perfidissime blasfemiæ suæ tropheũ cõstituisse. Ut etiã si diuina negligimus pudere tamẽ oporteat fortes ab imbellib3: uiros a fœis: hoies a belluis esse supatos. Serui ei3 nostri doiati sunt nobis. Sin uero diuino honore tangimur. quo tandem animo ferrendu3 summũ deu3 a pseudo propheta totius orietis & africæ possessione depulsum. In europam deinceps: asiam contra: ueluti in reliquias christiani patrimonii pe netratũ. Europa inq̃ illa cui omnibus retro seculis asia præda fuerat ipsa nunc asiæ præda facta est. breuem. n. nescio quem angulum circa ellespontum occupauere. p rogauere deinde sensim astu atq3 perfidia plusq̃ armis imperium. Donec aperto martis urbem nobilissimam ci uitatum reginam. sedem imperii: dominam gentium prin cipem prouintiarum Constantinopolim sustulere. tantorũ autem causa malorum afferi profecto alia non potest: nisi q dissidentes inter se principes nostri & q fœdum di ctu est de mutua interdum pernitie gaudentes: dum nõ est qui conciliet: qui componat aparuere uiam cõibus hostibus. Et qui laborantibus opem ferre debuerant quasi illorũ calamitas ad eos nõ ptineret. Ipsi postremo uel pfidiæ uel desidiæ dedere pœnas atq3 in hũc modũ hæreditas nostra ut ille inquit cotidie uertit' ad alienos nõ ne sic traches euersi: triballi deleti: macedões: acarna ne: ætholi ,ppriis sedib3 depulsi. Nostra erat misia,pdito

rege ⁊ trucidato amissa est. Nostra peloponnessus altero rege electo: altero decepto ⁊ ipsas eripuit. Trapesutius christianus imperator per fraudem imperio pulsus. Statis igit rerū incrementis elatus hostis cum iā nihil optaret: quod nō aggrederet. nihil aggrederet ꝙ nō expugnaret Perfringere tandem instituit ellesponti fauces ⁊ claustra: ut uacuo deinceps solutoq; animo per omnia maria im pune uolitaret. Inq; omnium gentium nationumq; per nitiem ubicunq; libido rabiesq; ferret in terram posset exponere. De euboia enim insula tam opulentissima ꝙ nobilissima græciæ condam oculo quid dicam: quam nup terra ducentenis milibus mari autem nauibus pene innu merabilibus tormentis ⁊ macchinis tam magnitudine ꝙ numero horrendis expugnatam cæsis ad unum opidanis omnibus sempiterna clade nobilitauit. Sed hic fortasse acthenus dissimulare potuimus. aliena uidebant agi res: per lusus iocūq; audiri. Quasi sepius decantata itenerectū erat ionium illiricumq; mare pro munimento. Alpes autē a norico pro mœnibus ut reliquum illud christiani populi quicqd esset satis tuto munitoq; loco costitutum multis uideret. Ecce autē nuper superatis alpibus in Cæsaris prouincias impetum fecit diripuit ferro igneq; uastauit reuertensque per taurĭscos ⁊ noricos ante ipsas italiæ fores ante italiæ oculos prædam innumerabilem omnis sexus: omnis ætatis ueluti uictimarum pecudūq; trahēs: iactabūdo incedebat carmine. Se breui periculū facturū an suis armis clausa foret. Italiaq; Athilæ condam ⁊ Alarico patuisset ut bene hysaras hæc tempora uiderit regiones nostras coram oculis nostris alieni deuorant:

quid tuȝ postea: non ne his proximis diebus id ipsuȝ de italia experiri uoluit. quod unum maxime omnium cōcu piscit inhiat ⁊ anhelat. Reuersus enim ad italiæ saltus: italiā ipsam ingressus est. liburnos ⁊ histros nil tale me tuentes adorit. Et miseras illas finitimas regiones quæ non minus italiæ nomine ꝙ alpiū altitudine se tutas esse putarent. Cædibus ⁊ rapinis ⁊ incendiis depopulatus est: ut a qngentesimo ⁊ amplius anno hæc maumectana rabies semel ab italia repulsa. iterū italia iugo pmere nūc audeat. Nisi forte credimus qui semel italici sanguinis dulcedinem degustarit nō reuersurum. Aut non longe po tentius atqȝ paratius exploratis iam itineribus ad explē dam sitim redituruum. Aut ullam omnino fore credimus italiæ partes: quo nisi communibus uiribus hæc bellua reprimatur nō sit illius sæuitiem crudelitatemqȝ sensura. Vide præterea ut quicquid illi libet etiam liceat: nā uno eodēqȝ tempore hinc germaniæ ⁊ italiæ fines populat: hinc in asiā maximis copiis traiectis. Aiecta insuper in genti classe Scandalorūȝ ciliciæ oppidum maritimuȝ ꝑ oportunū ad eas res quas meditatur quadrigentis chri stianis qui tunc ibi ꝑsidio erant crudelissime trucidatis expugnauit. In omnium quidem insularum littorumque ceruicē. Quid mirū igit si euȝ ille tanta gesserit geratqȝ cum duo imperia quattuor regna: prouincias uiginti cen tenas urbes christianis principibus eripuerit. Nam de niqȝ maximas classes explicare nūc cœperit. Quid mirū inꝙ si totius orbis imperium sibi deberi dicit. Et qui orientalia subegerit. Occidentale nunc sibi inuadendum rapiendūqȝ proponit. Est etiaȝ mihi crede: maius aliqd

aliud: ad quod aspirat. Quod quidem dicere fas nō ē: sed usq; quo dominus improperabit inimicus. irritabit aduersarius nomen tuū in finē. Excurri pluribus pater beatissime q̄ꝑ consilii fuerat miserandas calamitates chri stiani generis: sed longe ꝑfecto paucioribꝫ q̄ꝑ oportuerat Si id ad agendum desumpsissem finiam hanc partem si illud addidero: & liberius fortasse loquar. temere nō lo quar aut actum de republica christiana est: aut q̄ certis sime credimus: Tu ille unus cælo demissus: tibi uni illa palma debetur: ut arceas has belluas ab ouili dominico restituasq; christiano nomini pristinum decus & iperiū Cur autem restitui posse diffidimus: si ille nobis spē dat qui sicuti peccanti populo minatᷣ: ita reuertenti uictoriā pollicetur. Cuius enim uerba sunt illa si dereliquerint. filii tui legem meā: si in mandatis meis nō ambulauerit uisitabo in uirga iniquitatis eorum & in uerberibꝫ pe cata eorū. Ecce minas experti sumus nimis quidē acer bas. Cur ꝑmissis quoq; non credimus: Si populus me us audierit me israel si in uiis meis ābulauerit ad nihilū inimicos eorū humiliabo. Et sup tribulantes eos mittā manum meam. Manum inq̄ꝑ illam quæ semper fuit non minus fidelis erga filios q̄ꝑ in hostes terribilis ducis. te igitur opus erat optime pater ut reuerteremur pontifice uero te ut inuitanti deo conciliaremur. Neq; enim ut spero habebimus pontificem qui non compati possit in firmitatibus nostris: quæ cum ita sint incredibile est re uerendissimi patres quantum uobis debeat christiana re ligio pro pontifice quem dedistis sancto: innocente: sapi ente: & quod maxime optandum erat pio. Vereor autē

interdum humanissime pater ne si de laudibus tuis aliqd dicam pudicas aures tuas ledam potius q obiectes uel q̄a fesse iā sint cotidiana auditōe quasi dici iā nihil possit q non sit dictum uel quia modestia tua uirtutis actiōe contenta mauult bene agere q audire. Utrisq autem sic occurram. Primo quidem ut uincam si possim satietatem audiendi tuam uel rerum nouitate uel breuitate dicendi: alterius aūt benignissime pater nisi uerear liberius loqui tu in culpa es: qui bene facit bene audiat necesse ē. nam comes uirtuti semper fuit gloria. Et quo magis spernitur eo magis sequitur. facile patienter: æquissima modestia tua in eo superari in quo uno uinci longe præclarius est q uicisse. Ordiar ne igitur a te: an a maioribus: nulla. n. humanæ uitæ conditio non habet laudes suas: s nunq ego nobilissimum illud solare sydus. Ideo ignobilius existimaui: quia a se ipso splēdesceret & non ab alio sydere superiori. Neq fontis copiam & ubertatem: ideo ignobiliorē quia a se ipso proflueret & nō aliunde scaturiret: uerum sicuti sapientibus tuis placet omne principium suo effectu nobilius & omnem causam suo causato. Denique independens omne perfectius eo quod ab ipso depēdet. Ita tuæ nobilitatis initia a te ipso fluxere gloriosius. Ut fontis & solis in spēs spergere potuisse lumen ī alios non aliunde mendicare opus habuisse uideris. Itaq cū in omni pontifice duo maxime requirantur. ut scilicet uerbo doceat exemplo etiam inflammet utrumq cumulatissimo uirtutis numero es cōplexus. Ut & sapiētia mores instrueres & moribus sapientiam condecorares. Quid. n. de āmirabili sapientia tua dici potest pro dignitate: qui

a teneris annis usq; ad hanc ætatez nulli omnino rei nisi litteris insudaris liberales omnes penitus hausisti. Ius omne pontificium tenere noluisti. nullum omisisti litterarũ genus: cui animum non intenderis. Sic Augustinus. sic hieronymus: Basilius: Gregorius. aliq; complures qui profecto non dubitarant in omni litterarũz genere & rõe versari. Sic ille sapiens antiquior qui de se ipso loquẽs ita gloriatur: ipse mihi dedit horum quæ sunt scientiam veram ut sciam dispositionem orbis terrarum. Virtutes elementorum. Initiuz & consumationem sæculoruz uicissitudines rerum. Mutationes morum. Anni cursus. Dispositiones stellarũ. Naturas animantium & herbarum. Quis igitur docet omnia hæc nisi ille quibus iuuenis insudasti disciplinæ liberales: quantuz autẽ conferant ad gubernationem rerũ humanarũ inde perspici licet: Quod ubicumq; sapientia cũ potentia conspirauit ibi mirabile nescio quid effici uidimus. Neq; enim facile quisq̃ ut illis temporibus aut: Moyse eruditio & aut Salomone sapientior: quorum hic pace ille bello: summam sunt gloriam consecuti. Pontifices autem nostros enumerare si libeat. Sane illi præter cæteros clarissimi qui in primis doctissimi litteratissimiq; fuere. Nam ut omittam superiores illos numinũ instar. Quis Alexandro tertio: Qui federicum primum: Quis Innocentio tertio: Qui seũdũ insolentius eclesiæ dignitati insultantes compescuere. Imperiorum suorum finibus contentos esse fecere: aut eruditior aut eloquentior: Vrbanus quidem secuudus tantum doctrina & eloquentia potuit: ut concilio apud Clara montem in aluernis habito. Admirãdis eloquẽtiæ

uiribus omnes gallias ad arma conciuerit. Trecentorum milium exercitum coegerit: Sanctas ciuitates: patriam domini: christiani populi hæreditatem incredibili gloria recuperauit. Quod utinam felicissime pater tibi etiã eueniat nunc idem molienti. Beatas igitur ciuitates illas: & regna quibus contigit a sapientibus gubernari. Diuum enim artifex est sapientia. Sed ut ad te redeam. Quicqd discebas legebas audiebas omĩa dirigebas ad sapiẽtiã. sapientia inq̃ illam quæ de deo est: q̃ sicuti inter cæteras artes & disciplinas altior sublimiorq; & ueluti regina ĩcedit. Ita ad huius altitudinem sine illis quasi quibusdam gradibus ascendi non potest. Inuisibilia enim dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Talia igit̃ iaciẽda nobis iuuenili ætate fundamenta quale ædificium in senectute excitare uolumus: & talia priuatis discenda nobis qualia docenda si magistratus efficimur quæ enim seminauerit homo hæc & metet. Periculum enim certum nunc ẽ ne tu a puero sic imbutus. quid mores exigant nescias quid nostra religio: quid christianæ: quid fides: quid pietas: quid prælatorũ officium: qd populorũ necessitas desideret non intelligas: hæc etiam intelligas quo pacto labanti rei christinæ succurrat̃. facile eis diuinis instructum terrena moderari: sed da ueniã optime pater. Uno tantum deceptus es: qui sperasti posse in iucundissimis sapientiæ studiis ueluti in tranquillo portu conquiescere Maius erat quod futurus eras. Maius ad quod parabaris: molestius fortasse tibi: sed utilius humano generi: sed molestũ esse tibi nõ posse. quod illi ĩtelligeres necessariũ Pro cuius salute tuenda uitam etiam ipsam expendere

non dubitares. Dedit enim te deus in lucem gentium:
ut sis salus eius usq3 ad extremum terræ. Nunc de mori
bus ... pauca subiciã. fides enĩ habetur nõ uerbis
sed operibus neq3 enĩ possumus illi credere: qui sibi ipse
mendax reperit. Statim igitur a puero diuinis misteriis
a parente dicatus es apud nobilissimum minorum ordĩes
inciaris. Sic Samuel. Sic hieremyas a pueris cõsecra
ti potuit ne huius ãplissimi sacerdotii magnitudo: a pul
chriori fundamento consurgere: q̃p ut eclesiæ tirunculus
esset a puero qui futurus erat totius eclesiæ maximus
imperator: aut ueluti Sarphicus ille dux tuus dominici
gregis uitia dispulit. ita tu barbarica tella in eum cõtorta
dissipares adolescẽtior deinde factus patriæ incunabula
reliquis. Denis patauium fama ciuitatis electus ad sapi
entiam capescendam ubi pro nobilitate ingenii q̃p gratis
sime exciperis. Et nisi Sauoniã patriam tuam carissimã
nobilissimamq3 inuidere uerear. Sane nõ minori studio
⁊ amore Paduæ cultus obseruatusq3 es q̃p si in ipsius
brachiis ⁊ sinu nascereris. q̃p bene igit utriusq3 ciuitatis
erga te pietati retulisti: ut ⁊ Sauonam tuis natalibus. ⁊
tuum patauiũ tuis studiis nobilitares. in quo moratus
per uiginti fere annos nobilis alũnus. legendo: orãdo:
scribendo uniuersum orbem splendidissimis sapientiæ ra
dus illustrasti. In cursu aũt studiorum tuorum illa duo
admiratione dignissima. Primum quod neq3 ipsa religio
cursum adiscẽndi retardare potuit. neq3 ardor adiscendi
uitæ tenorem inherere: Alterum autem quod cum uitæ
simonia: morum grauitate: ingenio ⁊ sapientia alius excel
leres: omnibus tamen humilior appareres. Nõ dicã hic

ut te maturæ patres illi ad oēs suas dignitates euexerit: ut ætatem honoribus uinceris: honores uirtute superaris: ut demum omnia sua monasteria per uniuersum orbem dispersa tuæ fidei sanctitatiq; crediderint: neq; in eo etiā morabor. quod in hunc senatum reuerendissimum gloriosissimumq; sola sapientia atq; uirtute nixus conscendisti. Maiora me rapiunt & q̄ꝙ illa maxima sunt & oībus laudibus celebranda. Multa tamen præclara ingenia in tuis laudibus sigillatim recensendis certant cotidie atq; certabunt: discedere ego mente non possum ab hoc tuo pōtificatu quasi nobilissima palestra: ubi uide quid ego considerem. Cogor interdum existimare tactum esse diuino consilio: ut qui ad supræmum in eclesia dei locū regēdum parabare: mores emendares: principibus præesses: christi gloriam deffenderes. Illis potissimum uirtutibus & imbuerere natura & studio effingerere: q̄ essent maxīe necessarie ad tantum munus administrandum. Quid. n. magis elucet in principe ꝙ liberalitas & munificentia. Pecunias tu semper ut ille inquit sicuti lutum existimasti. Omne aurum in comparatione uirtutis: pro arena habuisti exigua. Pastorem enim te deus fingebat nō mercenariū Ille tibi semper iussæ ueræ diuitiæ diuitias nō appetere Quod si illo sæculo feliciori quasi pro miraculo q̄rebat Beatus ille uir qui post aurum non abiit: nec sperauit ī pecuniæ thesauris: nobis certe gloriari liceat: īādiu quæsitum tandem inuenisse: qui mirabilium operatione rerū quas expectamus: & nos beatos efficias: & ipse sis non minus re ꝙ nominis appellatione beatissimus. ꝙ bene præterea iungitur huic munificētiæ tuæ īcredibilis caritas

⁊ mansuetudo. Unum de plurimis attingam. Meministi ne optīe pater ut generalis ordinis minister fratrē papiæ in scelere deprehenderis: deprehensum pro aliorum exēplo punieris: ut temperare lachrymis non potueris: quis di ceres acerbius tibi ꝙ fratri illud fuisse suppliciū. O uocē dignam memoria sempiterna. Quantū enim illud amabile: quod etiam puniens ingenite tibi mansuetudinis nō potu eris obliuisci. Quid enim parcendo faceres: si tam clemē ter puniendo misereris. Illa enim præclarissima obeūdæ iustitiæ pars. Ubi non tam scelus odisse ꝙ etiam hoiem dilexisse uidea possumus. Pulchre igitur in te euuange licum illud impletum est. Beati mites quoniam ipsi possi debunt terram. Cæterum quis hoc credat excellentiam animi ⁊ humilitatem: magnitudinem ⁊ mansuetudinem: contemptum omnium ⁊ affectum in uno eodemq; animo sotiari potuisse. Sapientia uirtusq; tua fœderare potuit omia hæc. Sed immiscere laudibꝫ tuis spes etiā nostras iam tempus est. Et maiora nunc aggredi. In deum ⁊ eiꝫ immortalem eximia tua pietas mansuetudini adiuncta. mirifice nobis repræsentat illius magni ducis imagines: quem sicuti mitissimum super omnes mortales scriptura prædicat. Ita nimirum diuini honoris amore flagrātem qui cum orabat. domine aut dimitte illis hanc noxam: aut dele me de libro quem scripsisti. Plus tamen de di uino honore ꝙ de populi sui salute cogitabat. Ne forte arguerent ægyptu dominum calliditatis ⁊ astus: quasi illi populo dominus fugam ex ægypto suasisset. Non ut a seruitute liberaret: sed ut pderet eos facilius ĩ solitudine Tu uero dux noster ⁊ pater: quem expectauimus: ĩ quē

respicimus: obsecro te qd aliud noctes & dies igemiscis. quid ante deum positus: aliud in oratione deploras: nisi pessundari diuinu honore: & ut inquit pphæta. Iugiter tota die nomes domini blasfemari. Blassemant hostes q peculiaris uineæ tuæ delitias in exaciabili furore pculcat Blassemat filii qui quasi derelicti de parentis sui bonita te desperant: nisi quod tu es iam omniu reliqua spes tu expectatio in omnium ora oculiq coniecti. Audiunt sa pientiam: uident sanctitates: liberalitatem :clementias: ma gnitudinem animi: pietatem in deum: caritatem in omnes quæ quidē omnia quum audiunt non possunt de te sibi: nisi omnia magna salutariaq polliceri. Quid illud sanctis simum decretum quod generalis designatus edixisti: nō ne fuit quasi specimen aliquod pussimi animi tui. Argu mentum locuples: quantum etiam si posses christianā res iuuares. Nam cu dolore nimio afficereris: hinc assiduis cladibus christi populum exinaniri. diripi ciuitates: tēpla dirui. uirgines & pueros ex parentum amplexibus ad li bidinem euelli. Senes innocuos nec præcio nec libidini satis aptos: mactari quasi pecudes. Quid ageres quum hæc uideres. Videres aūt ex alia parte sæuissime huius belluæ trucem formidandamq potentias quotidie latius excrescere. Remedia autem tibi alia non erant non arma non milites: non copiæ: quod reliquum fuit: confugis ad diuinam opem unicum tunc tibi & singulare præsidium. Statim enim edicis per omnes tuas eclesias: ut quotiēs diuinæ horæ debent totiens pro christi bellatoribus sup plicatio fiat. Quid potuit amplius inermis aduersus armatos q̄ qui ferro non posset lachrymis & oratione

dimicaret. Velut ille nobilissimus pontifex: qui dicebat. Adversus arma milites[que] Gotthos: lachrymæ meæ mea sunt arma. Itaq[ue] hoc instituto facile declarasti affectu[m] a[nim]i bene cupiētis adesse tibi uires desiderari. Cæterū neq[ue] uires etiam defuturas si modo exoraretur ille qui q[uan]do uellet non minus uires addere poterat: q[uam] animum ante potuerat quum uoluisset. Penetrat autē nubes ipsu[m]q[ue] cœlum assidua iusti supplicatio. Ecce enim exoratus iā deus est. Ecce nūc uires additæ. Auctoritas aūt omniu[m] maxima tibi cælitus collata. Mutauit ne quod interdu[m] solet immutabilem desiderium tuum fortunæ mutatio. Quin noua te nuper obstrinxisti fide. dedisti enim aram pietatis tuæ: uoti tui signū gentibus omnibus extulisti. Vix fuisti pontifex salutatus quu[m] tu thesauros ecclesiæ uel eorum prætium in fidei defensionem promisisti. Ut ante pene eos ascripseris q[uam] possederis. lic[et] tunc tui uere esse cœperunt: quum tu primum illos esse noluisti tuos. Pius secundus gloriosissimæ memoriæ: quem magna parantem pulchra mollientē inuida mors oppressit. Quū designatus esset pontifex oblati sunt ad spectaculu[m] thesauri a pontifice demortuo relicti quasi magnū quicpiā [et] uisu pulcherrimum ubi oculos depascent. At diuinus ille uir uidere noluit. Auferte hinc iquit citius. n. expēdemus q[uam] alii congesserint. O magnum principem [et] uita longiore dignissimum pace tamen illius dixere. Non tu mihi uideris inferior a[nim]i magnitudine: qui illi auru[m] gemmarumq[ue] fulgore [et] ferre potuisti oculis [et] cōtennere a[nim]o Recensere pariter [et] negligere. S[ed] si mihi liceat inter tāti nominis principes dirimere hāc litē. Ille fortasse cautior

qui noluit uidere. Tu certe animo celsior qui tam potuisti spernere q̄p cernere. Si tamen illud spernere est tā nobile præcium rei omnium sanctissime & in primis necessariæ acomodare. Pulchrum erat uidere illum splendorem: sz te magna meditantem longe spetiosius pulchrum audire laudantes & præcium singulis statuentes. Sed longe pulchrius q̄ animo uersabaris: quantum. s. in armatos quantum in munitiones: quantum terra: quantum mari parandum erat. Sed quid ego diutius de thesauris istis loquor: cum in ore semper habeas ne dum tua omnia: uerum etiam te ipsum pro republica christiana diuouisse. Uidete quid posset exemplum cupiebant quidem antea fratres tui: semperq3 cupierant. Sed tunc incensi sunt quasi legati tui: duces tui ad sui imperatoris ardorem: & ipsi opes suas offerre omnia polliceri adiunctum usque: ipsamq3 uitam si necessitas exigeret. O te beatum cui cer tatim fortuna uirtusq3 tua pro tua gloria contendunt. habes enim quibus plura desiderare non possis. Germa nicæ nunc ardet belli gerendi studio. Quid apud ratispo nensem conuentum nuper decretum sit intelligis. Omnes ad arma conspirant. Non potest Cæsar tantum dedecus ferre. Sumere arma uolunt. Ulcisci uolunt uel communē uel priuatam iniuriam. Quid si auctoritatem adiunxeris tuam: Utrumq3 gladium ambo strinxeretis. Et ueluti cō iunctis signis hostē hūc persequamini. hæc ab occassu. Uerte nūc oculos ad orientē. Uides ne ut Thranstauri iuga ab caspiis usq3 littoribz moueātur ultimæ natiōes in auxilium piissimæ causæ tuæ. tanta est huius teterrimi hostis perfidia. tanta crudelitas: ut eum iam gentes oēs

pro cõmuni hoste habeant: qui sit totius humãi generis crudelissimus inimicus. De Italia uero tua nihil dicam amplius. Iuncta tibi fœdere est. Cum signum dederis propositumqꝫ tuuꝫ certum omnibus feceris. non dubito quin habeant omnes ⁊ diuini honoris ⁊ proprii piculi ⁊ officii sui rationeꝫ. Quod si ista non moueant: ne illud quidem tot clarissimos principes mouebit. Vetereꝫ illam Italiæ bellorum armorumqꝫ gloriaꝫ barbaris illis natio nibus tot sæculis imperitare solitam ad asiaticum nescio quẽ frugem aut capadocem: omnis diuini ⁊ humãi iuris expertem: sine fide: sine uirtute: sine humanitate tanto cũ dedecore esse trãslatam. Ecce iam ferdinandus ipse rex christiãissimus atqꝫ fortissimus ferre nõ potuit. In armis est bellum hoc gloriosissimum sponte suscepit. fidei zelo non iniuria commotus. Idem cæteri facient pari ardore concurrent acthenus potuit uel suspitio uel cupiditas do minari nunc tua lux fugabit illas tenebras omniuꝫ prin cipum mentes clarissimo cõcordiæ lumine perfudisti. De nobis auteꝫ maxime pater pulchrius est tacere ꝙ loqui. Ne laudes nostras satis alieno tempore agere uelle ui dear. loquentur fortasse omnia sæcula ualidissimos exer citus potẽtissimas classes: qbꝫ cũ ãtea multis in bellis cũ hoc hoste tum uero hoc nouissimo maximoqꝫ per octo ⁊ amplius annos opibus corporibusqꝫ nostris reꝫ christi anã ab hac truculẽtissima rabie quo adpotuimus tutati sumus. Respice nunc quid uelim: si uniuersam hãc belli moleꝫ ita per nos ipsi acthenus auxiliãte nullo ferre po tuimus: ut usqꝫ ad euboeaꝫ amissam plures intulerimus hosti clades ꝙ accepimus. tu uero si hoc bellũ excelso

ut facis anio suscipens alios principes moueris: Undiq;
auxilia contraxeris terra mariq; arma intuleris. A frōte
a tergo a latere hostes percusseris. Dubitas ne quin libe
ratis tandem ab hoc teterrimo iugo christianorum proui
cus non tam de inceps de europæ q̄ de asiæ atq; africæ
possessione certetur: q̄ gloriam tuā ut his oculis aliq̄do
auriam libenter cum hac animula: uel per ipsū sanguinē
profundēda depaciscar. Dixi de gratulatione beatissime
pater: quæ dicenda erant pauca quidē pro magnitudine
rerum dicendarum pro temporis uero tui ratione nimis
fortasse multa. Reliquum est ut exoluamus quod nobis
ꝓprie hac legatione ab illustrissimo principe nostro atq;
senatu est demandatum. Nam quum memoria repetunt
hanc sedem illam fuisse: quæ a primis nostræ religionis
exordiis sup solidissima petra fundata fuerit. Nō huma
no cōsilio aut sapiētia aliq̄do deleta. Sed ipsius domini
nostri Jesu Christi diuino ore declarata. Appostolorum
suorum Petri & Pauli sanguine consecrata: in q̄ irruere
uenti turbīesq; possint: fidē uero loco mouere nō possint
Cumq; præterea legerint quid Anacletus. qd Gelasius
leo: Gregorius: Stephanus: Nicolaus. Quid multa de
niq; uniuersalia cōcilia de huius sacro sanctæ sedis aucto
ritate: excellentia: potestate & senserint & decreuerint.
Nunc præterea te uideant huic gloriosissimæ sedi antistitē
delectū illis sanctissimis superioribus pontificibus legitīe
successisse. ad te delatas esse: regni cœlestis claues illas
oīpotentes tuæ deniq; fidei: tuæ diligentiæ dilectissimas
christi sponsam totius orbis eclesiam esse cōmissas: quū
hæc inquam omnia uiderent misere nos legatos ex ueteri

primoqꝫ instituto ut tuæ beatitudini humilem deuotãqꝫ
obedientiam suo nomine deferamus. Te primum pastorẽ
summum sacerdotẽ pontificem maximũ Petri successorẽ
Christi uicarium omni cultu uenerationis ⁊ reuerentiæ
prosequantur. Nihil erit præterea illis antiquius. nihil
iucundius ꝙ desideriis tuis obsequi dignitatem amplitu
dinemqꝫ tueri tuam. Nam si omnipotenti deo ⁊ nõ uiribꝫ
nostris aut uirtuti acceptum ferimus quicquid publice:
quicquid priuatim uel terra uel mari possidere contigit.
Dominus enim uniuersorum ipse est. Item quæ alibi.
Regnum in manu eius ⁊ potestas ⁊ imperium quo tãdẽ
pacto satis in eum grati esse poterimus. Si illi omnia ap
ta nõ erunt: quẽ suũ in terris ductorem suum uicarium
cœlesti pariter ⁊ terrena dignitate constituit. hoc sesere
maiores nostri hoc ipsi aparentibꝫ acceperũt: qui multa
bella susceperunt pro eclesiæ dignitate tuenda: maxima
pīcula adierunt: opes assumpserunt: sanguinẽ ꝓfuderũt.
hoc nos ab illis cũ lacte suximus: ⁊ ingenite nostræ pie
tatis: nõnullũ etiã argumẽtum ut opinor edidimus. Tibi
igitur ante pedes deponũt: quicquid opibꝫ ualẽt: quicquid
impio terra mariqꝫ pollẽt: ciuitates: oppida: īsule: classes
exercitus: opes tua sunt oĩa. Utere ipsis fac quum uis
pīculũ: reperies ꝑfecto nec īgratos in deũ: nec degeneres
in patriã: nec īpromisso fallaces: sꝫ p̄senti anĩo: cõstãtiqꝫ
fide semp erũt: re atqꝫ ope: ꝙ uerbo ⁊ oratiõe ueriores.

Acta Romæ. IIII. nonas decẽbres. M. cccc. lxxi. sedẽ
te xisto. IIII. Pontifice maxĩo. In cõsistorio publico.

.finis.